

An in totum non dabitur ei actio, an verò tantum in eo quod fuit *Quest.*  
in excessu, & in quo egressus est fines mandati? Et posteriorem Pro-  
sullianorum receptam sententiam, contra priorem Sabinianorum opi-  
nionem tuebimur cum Imperatore. d. §. 3, vers. adeò quidem. Institur.  
b. tit. l. 4. D. Eod.

35 Postremum est, vt mandatum sit gratuitum. Proficiscitur  
enim ex officio & amicitia, quibus contraria est merces. l. 1. in fine D.  
h. tit.

26 Hoc tamen ad honorarium seu salarium producendum non  
esse contendimus. l. si remunerandi. 6. D. b. tit. l. 1. ff. de extraordina-  
rijs cognition.

27 Effectus mandati in actionibus consistit, qua dua sunt, dire-  
cta & contraria.

28 Ac directa quidem actio datur varias ob causas. Prima est, si *1. Directa*  
mandatum susceptum sit, nec mandatarius id impleuerit, vel mandato *actio, &*  
oportune non renuntiauerit. l. si mandauero 22. §. vit. D. h. t. *eius causa.*

29 Tunc verò mandatarius non impleuit commissum negocium,  
cum causam iustam non habet non implendi.

30 Si enim iustas excusationes, puta adflictam valetudinem, ca-  
pitales inimicitias: a. inanes rei actiones, b. alleget, omnino audien-  
dus est c. 2) l. sanè si 53. b) l. seu ob 24. c) seu ob aliam 25.  
D. h. t.

31 Sicut autem liberum est mandatum non suscipere, ita con-  
summari oportet, nisi rectè renunciatum sit. l. si mandauero 22. §. sicut.  
l. si quis 27. §. 2. D. h. t.

32 Probè, nisi rectè renunciatum sit. Nam ita renuntiari debet  
vt integrum ius mandatori seruetur, vel per se, vel per alium eandem  
rem commodè explicandi. Nisi hunc ad modum renunciatur, nihilomi-  
nus mandati actio locum habet. l. si mandauero 22. §. 11. l. si quis 27. §.  
Qui. D. h. t. Instit. §. 11. mand.

33 Altera causa est, si instrumenta causa non reddat mandatarius, *11.*  
vel